

## DOKUMENTY UPOSAŻAJĄCE KOŚCIÓŁ W RUDCE (1442-1543)

W przechowywanym w Archiwum Głównym Akt Dawnych zbiorze wypisów z ksiąg grodzkich i ziemskich podlaskich i mazowieckich, powstałym staraniem Ignacego Kapicy Milewskiego, znajduje się interesujący dokument prywatny z XVI wieku, uposażający kościół we wsi Rudka w ziemi bielskiej. Starosta generalny żmudzki Maciej Kłoczko i jego żona Katarzyna Hlebowiczówna wiedzeni pobożnymi uczuciami powiększają uposażenie kościoła, nad którym sprawują patronat. Przy okazji porządkują wcześniejsze darowizny, nadane przez ich przodków. Czynią to poprzez przytoczenie *in extenso* treści trzech dokumentów wystawionych w latach 1442, 1486 i 1517. Akt ten uzupełniony przez dwie adnotacje, pierwotnie zapewne na odwrocie, także o treści gospodarczej istotnej dla rzeczonoego kościoła, oblatował w księgach grodzkich brańskich w 1722 roku Marcin Feliks Gałęski, pleban w Rudce. Dzięki temu przechowała się treść dwóch dokumentów XV-wiecznych, istotnych już ze względu na swoją dawność, oraz całość składająca się z pięciu kolejnych aktów nadań, dzięki którym możemy prześledzić rozwój uposażenia kościoła i parafii od połowy XV do końca XVI w. Biorąc pod uwagę, że z terenów Podlasia dysponujemy raczej skromną liczbą zabytków dyplomatycznych, a także fakt, iż w literaturze historycznej funkcjonuje osąd dopatrujący się erekcji parafii w Rudce dopiero w połowie XVI wieku<sup>1</sup>, ogłoszenie drukiem powyższych dokumentów wydaje się dostatecznie uzasadnione. Materiały te zawierają również wiadomości istotne dla poznania genealogii rodziny Korczewskich a także dziejów ich dóbr.

Kapicjana nie są jedynym zbiorem, w którym zachowała się treść omawianych dokumentów. Dysponujemy jeszcze „Wizytacją dekanalną parafii Rudka” z 1785

---

<sup>1</sup> Aleksander Jabłonowski, *Źródła dziejowe*, t. XVII, cz. 2, s. 222, wyraża przypuszczenie, że kościół w Rudce mógł być erygowany już w XV wieku, lecz nie przytacza żadnych dowodów. Ostatnio Ludwik Królik, *Organizacja diecezji łuckiej i brzeskiej od XVI do XVIII wieku*, Lublin 1983, s. 285, erekcję parafii w Rudce umiejscowił w XVI wieku, ale nie wypowiedział się na temat daty erekcji kościoła. Autor niniejszych rozważań nie stara się przesądzić kwestii datacji powstania kościoła i parafii, niemniej dokumenty poniższe wyznaczają wyraźny terminus post quem non.

roku (Archiwum Diecezjalne w Siedlcach, sygn. D. 159, s. 435 nn) oraz „Wizytą dekanalną kościoła parafialnego rudzkiego” z 1798 roku (Archiwum Diecezjalne w Łomży, sygn. 457). Nie wnoszą one jednak istotnych wiadomości. Zachowana w Siedlcach wizytacja z roku 1785 zawiera nie całość wymienionych dokumentów, lecz ich obszerne streszczenia, posługujące się co prawda dłuższymi fragmentami oryginalnych tekstów, ale przepisanyymi z wypisu z tej samej księgi brańskiej z 1722 roku. Wizytacja z 1798 roku zawiera już tylko sumariusz dokumentów kościoła rudzkiego i to na dodatek bałamutny w szczegółach. Tak więc ponieważ nie zachowały się dokumenty oryginalne, ich treść publikowana jest na podstawie wypisu I. Kapicy Milewskiego; niewielkie odmianki tekstowe ze streszczeń w wizytacjach z 1785 i 1798 uwzględnione zostały w przypisach. Pisownia została zmodyfikowana (poza nazwami własnymi), gdyż zachowany XVIII-wieczny odpis odbija raczej obraz grafii sobie współczesnej niż XV- i XVI-wiecznej.

## DOKUMENT NR 1

Korczew, 14 czerwca 1442.

**Skierdo, dziedzic w Korczewie, Rudce i in. wraz za swoją matką i bratankami Janem, Jerzym i Stanisławem uposaża kościół w Rudce.**

*Or. nieznaną*

*Kopia AGAD, Kapicjana 26/167.*

In nomine Domini amen. Noverint universi tam praesentes quam futuri, ad quorum notitiam praesens scriptum advenerit, quod nos Skierdo<sup>1</sup> heres in Korczewo<sup>2</sup> et Rudka<sup>3</sup> et in aliis una cum matre sua [Anna]<sup>4</sup> relicta divinae memoriae domini [Pretoris]<sup>5</sup> et cum filiastris Joanne, Georgio<sup>4</sup> et Stanislao suis, boni animi deliberatione, non compulsi, non coacti, non aliquo dolo vel fraude seducti, sed mera et spontanea voluntate duos mansos et tabernam voluntariam in censu duodecem grossorum et quatuor gallinarum de eadem taberna, cum pratis et silvis, pascuis, proventibus, usibus, fructibus, utilitatibus quibuscunque nominibus nuncupentur vel quae possint per humanam industriam inveniri in futurum in praedictis duobus mansis ad ecclesiam in praefata villa Rudka pertinentibus et unum hortum per se exceptis duobus mansis honorabili domino Joanni de Sochaczewo<sup>6</sup> dicto Gozdowa, plebano moderno contulimus atque dedimus, et praesentibus damus perpetuo et in aevum pure propter Deum et propter salutem antiquorum antecessorum nostrorum parentum, et etiam propter salutem animarum praedecessorum patris et fratris Stanislai<sup>7</sup>, et etiam propter salutem animarum nostrarum, et pro sanitate omnium nostrorum consanguineorum praesentium et futurorum. Quae ecclesia est fundata in praefata villa Rudka in honorem Omnipotentis Dei et omnium sanctorum, et idem praefatus est potens dictam plebaniam habere, tenere, commutare,

gubernare, regere, pacifice et quiete perpetuis temporibus possidere. Item idem praefatus Joannes rector dictae ecclesiae fundatae in villa Rudka sic nuncupata tenebitur, et eius successores posterius tenebuntur in qualibet septimana duas missas legere, unam pro animabus, aliam pro sanitate et peccatis. Item eodem plebano vel eius successoribus posteris, sit licitum ad suam meliorationem et ad suum sublevamen in praedictis duobus mansis cmethones seu laboratores locare et habere, et nullus alius habet eius laboratores captivare, neque rapere, neque culpas capere, neque iudicare nisi solus plebanus vel eius successores. Item sit licitum plebano dicto in omni loco, nostra in piscina qualitercunque potest ei pisces venare cum hamo et omni rete, vulgariter **Drygubica** et huiusmodi, et etiam potest habere in eadem piscina **Leszcz, Karp, Jaź** etc. In cuius rei testimonium unanimiter nostrum sigillum est appensum. Actum et datum in Korczewo, feria quinta ante festum Sancti Viti anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, praesentibus hic testibus Joanne Ogon et Olbrzyk Łada.

## DOKUMENT NR 2

Rudka, 1486

**Stanisław, dziedzic w Korczewie, Rudce i Mordach powiększa uposażenie kościoła w Rudce.**

*Or. nieznaną*

*Kopia AGAD, Kapicjana 26/167.*

In nomine Sanctissimae Trinitatis et Individuae Unitatis. At perpetuam rei memoriam roborandam, ne ab una memoria aeternae pereant, necesse est literarum ac sigillorum testimonio roborari operationis Sanctae propositum nulla occasione praepediente. Ego igitur Stanislaus<sup>1</sup> heres in Korczewo, Rudka, Mordy<sup>2</sup> istis villis nostris, non compulsus, non coactus, nec aliquo dolo seu errore seductus, sed mea voluntate ac maturo consilio diu deliberato divinaque inspiratione monitus, pro mea meaeque uxoris salute ac parentum meorum, ecclesiae in Rudka per antecessores meos fundatae, per me vero reaedificatae, videns defectum pati praedictam ecclesiam, non infringendo antiquum privilegium praedictae ecclesiae sed meliorando, augmentando, ac roborando ultra praedictam donationem meorum antecessorum in antiquo privilegio contentam addidi, dedi, donavi unum mansum praedictae ecclesiae in Rudka in<sup>a</sup> omnibus proventibus, agris cultis et incultis, pratis, silvis, borris, aquis et earum decursibus, et generaliter in<sup>b</sup> omnibus utilitatibus inventis et inveniendis, nil penitus pro se servando, et penes praedictos duos mansos in antiquo privilegio contentos in tribus campis, videlicet **Ozimne, Jarne et Ugorne**, nostro protunc honorabili domino Joanni et eius successoribus praedictam ecclesiam regentibus longe, late possidendi, regendi, prout se extendit in granitiibus nostra

villa Rudka perpetuo et in aevum. Qui etiam praedictus plebanus et eius successores libere locabunt emethones seu hortulanos iuxta libitum suum, si voluerint, et hi emethones qui fuerint, sint exempti a quolibet iure praedictae villae prout hoc ipsum melius continetur in privilegio antiquo. Item ultra donationem antiqui privilegii meorum antecessorum dedi, donavi praefato domino Joanni et eius successoribus spatium pro piscina videlicet **Silki**. Item idem plebanus et eius successores libere habebunt duos corethos siliginis molare in nostro molendino qualibet septimana ex sua curia, et braseum quoties oportunum fuerit, et hoc absque mensura perpetuo ac in aevum. Ex his itaque donationibus huius novi privilegii idem plebanus et eius successores tenebuntur complere duas missas, in vita unam pro peccatis et aliam pro defunctis, post mortem vero utrasque pro defunctis, in Quatuor vero Temporibus<sup>3</sup> vigiliis decantare cum processione circumeundo ecclesiam, demum missam pro defunctis videlicet requiem. Item eidem plebano dedimus pratum circa granitiem **Brzeznicza** in spatio signatum signis. Acta sunt haec in curia nostra Rudka, villa patrimonii<sup>c</sup> nostri, coram testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis, honorabili viro domino Jacobo plebano in Dziadkowicze<sup>4</sup>, commissario ecclesiae Luceoriensis, domino Adrea plebano de Domanowo<sup>5</sup>, et quam plurimis fide dignis, sub anno millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto. In cuius rei robor et fidele testimonium nostrum sigillum praesentibus subappensum.

### DOKUMENT NR 3

Rudka, 20 lutego 1517

**Zofia, córka niegdyś Stanisława Korczewskiego, wdowa po Stanisławie Hlebowiczu, wojewodzie połockim, żona Mikołaja Saczkowicza, dziewcziczka w Rudce, Spieszynie i Korycinie nadaje kościołowi w Rudce pole zwane Przytuły wraz z osiadłymi na nim chłopami.**

*Or. nieznaną*

*Kopia AGAD, Kopicjana 26/167*

In nomine Domini amen. Ad certitudinem praesentium et ad memoriam futurorum, ad quos praesens scriptum seu privilegium devenerit, notum facio quibus expedit, quod ego Zophia<sup>1</sup> filia piae memoriae domini Stanislai Korczewski, remansens post virum meum olim magnificum dominum Stanislauum palatinum Polocensem Hlebowicz<sup>2</sup>, existens heres et domina praedictarum hereditatum antecessorum meorum in Rudka, Spieszyno<sup>3</sup>, Korycino<sup>4</sup> istis villis nostris, non compulsa, non coacta, nec aliquo dolo seu errore seducta, sed mera mea voluntate ac maturo consilio diu deliberato, divinaque inspiratione monita, pro mea meique viri domini Nicolai Saczkowicz salute, ac parentum meorum antecessorum, ecclesiae in Rudka per antecessores meos fundatae, per me vero reaedificatae, videns defectum pati

praedictam ecclesiam non infringendo antiqua privilegia praedictae ecclesiae sed meliorando, augmentando et roborando ultra praedictas donationes praedictorum antecessorum meorum in antiquis privilegiis contentas addidi, dedi, donavi, adscripsi campum alias cognomine **Przytuły** cum hominibus locatis et postea locandis praedictae ecclesiae in Rudka in honorem Omnipotentis Dei et Gloriosae Virginis Mariae, et Sanctae Annae, et Omnium Sanctorum, et hoc cum omnibus censibus, laboribus, proventibus, agris cultis et incultis, pratis, rubetis, borris, mericis, aquis et earum decursibus, et generaliter omnibus utilitatibus inventis et inveniendis, nihil penitus pro me et meis successoribus reservando, et hoc in tribus campis **Ozimne, Ugorne, Jarne** nostro protunc honorabili domino Stanislao plebano in Rudka et eius successoribus praedictam ecclesiam regentibus, longe, late, prout se extendunt in granitiebus praedicti mansi possidendi, regendi, gubernandi et ad usus suos convertendi perpetuo ac in aevum. Ex his itaque donationibus eiusdem novi privilegii idem plebanus et successores eius tenebuntur unam missam pro peccatis, post mortem vero pro defunctis complere, et hoc qualibet septimana, in Quatuor vero Temporibus vigiliis decantare, demum missam pro defunctis etiam decantare. Acta sunt haec in curia nostra Rudka patrimonii nostri, coram testibus ad hoc specialiter rogatis et vocatis, videlicet coram nobili domino Joanne Karski, et coram domino Nicolao Boleń, et nobili Michaelae tenentario protunc in Rudka, et quam plurimis fide dignis; sub [anno]<sup>a</sup> Domini millesimo quingentesimo decimo septimo, feria quarta post Invocavit. In cuius rei robor et fidele testimonium nostrum sigillum praesentibus est appensum.

#### DOKUMENT NR 4

Międzyrzec, 4 marca 1543

**Maciej, syn Wojciecha Janowicza, starosta generalny żmudzki, marszałek nadworny, dzierżawca wołkowyski wraz ze swoją małżonką Katarzyną, córką Stanisława Hlebowicza, wojewody połockiego, dziedzice w Rudce i in., potwierdzają poprzednie uposażenie kościoła w Rudce oraz nadają dziesięcinę pieniężną z wsi Rudka, Wilczochy, Lubieszki, Spieszyno, Korycino i dziesięcinę snopową z ich falworku w Rudce.**

*Or. nieznanym*

*Kopia AGAD, Kapicjana 26/167*

– <sup>a</sup> In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Omnes actus humani fiunt inconstantes et mutabiles; necesse est, ut approbentur literarum scripturarumque testimonio sint bene approbati et consignati ne ob aliquem errorem demum in nihilum<sup>b</sup> redigantur in maneat invalidae. Quapropter nos Mathias Albertus Joannes<sup>c</sup> capitaneus generalis Samogitiensis, marschalcus maiestatis regiae, tenu-

tarius Volkoviensis<sup>1</sup> una cum coniuge magnifica domina Catharina<sup>2</sup> Stanislai Hlebowicz palatini P[o]locensis filia, existentes veri et legitimi successores hereditatis curiae nostrae Rudka, nec non villarum ad eandem curiam spectantium, videlicet Korycino, Siepieszyno, Labieszki<sup>3</sup>, Wilzochi<sup>4</sup> et aliarum villarum dictae curiae Rudcensi adiacentium, in districtu Drohiciensi sitarum, significamus tenore praesentium quibus expedit universis generaliter et singulis praesentibus et futuris harum notitiam habituris, quomodo nos Mathias et Catharina praenominati volentes huic ecclesiae nostrae Rudcensi in honorem Omnipotentis Dei et Assumptionis Virginis Gloriosissimae Mariae constructae, et sui ad praesens rectori eiusdemque successoribus plebanis <sup>d</sup>decima ordinatione existenti<sup>d</sup> aliquid adaugere et foundationes collationes [que] per antecessores nostros legitimos heredes factas in unum opus seu fundatum<sup>e</sup> recolligere sub titulis et sigillis subappensis dictorum nostrorum praedecessorum, primum originale seu radicale olim domini Skierdo Korczewski ac ipsius filiastrorum, aliud vero olim Stanislai ipsius filii legitimi, et tertium dominae Zophiae dicti domini Stanislai Korczewski filiae, genitricis nostrae carissimae, unum quodque suas donationes et collationes exprimens et designans, ut tenores eorum obloquuntur in se. Nos itaque ea ipsa privilegia per antecessores nostros facta, per nos vero corroboranda et confirmanda duximus, confirmamus et approbamus, quorum privilegiorum tenor sequitur talis:

#### Następują dokumenty 1, 2, 3.

Nos itaque praenominatus Mathias una cum coniuge mea dicta Catharina huic nostrae ecclesiae Rudcensi divinum cultum adaugere cupientes et in melius redere volentes, dictum rectorem modernum et ministerium eius cum successoribus eius pro tempore existentibus proventibus et quaestibus uberioribus providere ad obeundum cultum divinum Omnipotentis Dei ordinationis<sup>f</sup>, quoniam decima pecuniaria de villis nostris in fundatis prioribus nostrorum antecessorum non fuit dictae ecclesiae adscripta eoque villae nostrae adhuc in novo radice erant locatae et nondum locandae. Nos tamen ex speciali gratia et favore nostro, ultra collationes et donationes praemissorum privilegiorum ac foundationum dicto praenominato rectori moderno domino Alberto et eius successoribus praedictam ecclesiam regentibus damus, donamus et addimus decimam pecuniariam per villas nostras videlicet Rudka, Wilzochy, Lubieszki, Spieszyno, Korycino, ita videlicet, quod quilibet cmetho possessionatus de quolibet manso possessionato solvere tenebitur sex grossos Lithvanicales per decem albos in quemlibet grossum computando, de medio vero manso tres grossos pro festo sanctae Hedvigis dare et solvere tenebuntur. Quod si pro tali festo extradere noluerint, extunc non debet dominus plebanus dictos nostros subditos ad ius spirituale citare aut quolibet evocare, sed ex curia Rudcensi a domino protunc regente dictam curiam, instigatorem alias **Dzieczkiego**, scilicet super dictos nostros subditos accipere, qui dictam decimam pecuniariam super dictis subditis nostris extorquere tenebitur, item damus et attribuimus dic-

tae nostrae ecclesiae Rudcensi et eius rectoribus decimam manipularem de praedio nostro Rudcensi, et de omnibus aliis agris, quae vel ubicunque pro nostra curia Rudcensi fuerint conseminatae<sup>9</sup>. Ex his itaque foundationibus, donationibus nostrorum praedecessorum, per nos vero corroboratis et confirmatis, idem dominus plebanus modernus tenebitur et eius successores tenebuntur in qualibet septimana sex missas complere iuxta foundationem nostrorum praedecessorum, videlicet secundum foundationem domini Skierdo duas missas, et secundum foundationem etiam domini Stanislai Korczewski alias duas missas, in Quatuor vero Temporibus vigiliis decantare cum processione circumeundo ecclesiam, demum missam pro defunctis itidem secundum fundatiocem at donationem dominae Zophiae matris nostrae carissimae, unam missam pro peccatis, et in Quatuor Temporibus vigiliis decantare, demum missam etiam pro defunctis cantare, iuxta foundationes nostrorum praedecessorum superius descriptas<sup>5</sup>. In quibus omnibus iam descriptis dictum dominum plebanum modernum et eius successores oneramus sub conscientia sacerdotali. Actum et datum in Międzyrzec<sup>6</sup>, dominica Laetare anno millesimo quingentesimo quadragesimo tertio. In quorum omnium robur et evidentiam sigilla nostra praesentibus sunt appensa.

Następuje adnotacja:

Sub eodem anno millesimo quingentesimo quadragesimo tertio damus et concedimus per subditos nostros, advocatos, tabernatores, tenentes praedia decimam manipularem, videlicet in Rudka et Spieszyno, et praedictos **Bojare** in Rudka tenentes mansos decimam manipularem concedimus et damus in laudem Dei.

Następuje adnotacja:

Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo nono mensis Decembris die septima. Nicolaus Kiszka heres in Korczewo, Ciechanowiec<sup>7</sup> et Rudka, capitaneus Drohiciensis<sup>8</sup> manu propria. — <sup>h</sup>

## PRZYPISY

### Dokument 1.

a Gregorio w wersji zachowanej w AD Siedlce.

- 1 Skierdo (w wersji z AD Siedlce: Stanislaus Skierdo Korczewski), najprawdopodobniej syn Pretora i Anny (por. przyp. 5); występuje także w dokumentach z 1436 r. (*Najdawniejsze księgi sądowe mazowieckie*, wyd. K. Tymieniecki, t. III, Warszawa 1920, nr 2191), sygn. v. III/R/1 „a”/3/. Wymieniony jest także przez Aleksandra Jabłonowskiego, *Źródła dziejowe*, t. XVII, cz. 3, Warszawa 1876-1915, s. 250, jako sędzia ziemski drohicki w roku 1438.
- 2 Korczew, wieś, obecnie w województwie siedleckim, około 30 km na północny wschód od Siedlec.
- 3 Rudka, wieś, obecnie w województwie białostockim, około 7 km na południowy zachód od Brańska.

- 4 Anna, żona Pretora, występuje w XVI-wiecznym falsyfikacie dokumentu z końca XIV w., wystawionym rzekomo przez Pretora (Kapicjana 3/25). Okoliczności fałszerstwa nie są jeszcze zbadane, lecz z treści dokumentu można wnosić, że oparty został na autentycznym dokumencie Pretora (podano tu wiele szczegółów genealogicznych i majątkowych, zgadzających się z innymi przekazami).
- 5 Pretor, por. przyp. 4; występuje także w dokumentach: AP Kraków, Oddział III, nr 867 i Biblioteka PAN, Kraków, nr 22.
- 6 Sochaczewo, obecnie najprawdopodobniej Sochaczew, miasto w województwie skierniewickim.
- 7 Stanisław, syn Pretora; występuje także w dokumencie z 1430 roku (Kapicjana 3/15).

#### Dokument 2.

- a tak rkps;
- b tak rkps;
- c patronimii rkps.
- 1 Stanisław, syn Skierdy, por. dokument 4.
- 2 Mordy, miasto, obecnie w województwie siedleckim.
- 3 Suche dni tj. środa, piątek i sobota: 1. po niedzieli Invocavit, 2. po Zielonych Świątkach, 3. po Podwyższeniu Krzyża Św., 4. po trzeciej niedzieli adwentu.
- 4 Dziadkowie, wieś, obecnie w województwie białostockim, około 15 km na północ od Siemiatycz.
- 5 Domanowo, wieś, obecnie w województwie białostockim, około 7 km na północny zachód od Brańska.

#### Dokument 3.

- a brak rkps,
- 1 Zofia, córka Stanisława Korczewskiego.
- 2 Stanisław Hlebowicz, zm. 1513, wojewoda połocki, marszałek nadworny, syn Hleba, wojewody smoleńskiego i Miłochny Anny Raczkówny; zaufany Kazimierza Jagiellończyka, Aleksandra i Zygmunta I; posłował kilkakrotnie do Moskwy (zob. G.Małczyńska, Stanisław Hlebowicz, w: Polski Słownik Biograficzny, t. IX, Kraków 1960, s. 544-545).
- 3 Spieszyn, wieś, obecnie w województwie białostockim, około 9 km na południowy zachód od Brańska.
- 4 Koryciny, wieś, obecnie w województwie białostockim, około 13 km na południowy zachód od Brańska.

#### Dokument 4.

- a formuła kancelaryjna informująca o tym, że poniższe dokumenty podał do oblaty do ksiąg grodzkich brańskich 17 czerwca 1722 roku pleban w Rudce, Marcin Feliks Gałęski;
- b tak rkps;
- c tak rkps;
- d tak rkps;
- e tak rkps;
- f tak rkps;
- g tak rkps;
- h formuła kancelaryjna informująca o zwrocie dokumentów właścicielowi po ingrosacji ich w księdze grodzkiej.
- 1 Maciej Kłoczko, zm. 1543, syn Wojciecha Janowicza i Zofii Czetwertyńskiej, starosta generalny żmudzki, marszałek nadworny, dzierżawca wołkowyski i merecki (zob. T.Wasilewski, Maciej Kłoczko, w: Polski Słownik Biograficzny, Wrocław 1967, t. XIII, s. 48-49).
- 2 Katarzyna Hlebowiczówna, córka Stanisława Hlebowicza i Zofii Korczewskiej.
- 3 Labieszczy, najprawdopodobniej Lubieszczce, wieś, obecnie w województwie białostockim, około 5 km na południowy zachód od Brańska.



- 4 Wilczochy, wieś około 6 km na zachód od Brańska (Perthees K., *Mapa województwa podlaskiego*), obecnie nie istnieje.
- 5 Wyliczenie powyższe, wbrew temu, co ogłasza na wstępie, wyszczególnia siedem mszy tygodniowo. Błąd powstał najprawdopodobniej już w trakcie redagowania niniejszego dokumentu.
- 6 Międzyrzec, miasto, obecnie w województwie białkopodlaskim.
- 7 Ciechanowiec, miasto, obecnie w województwie łódzko-żyńskim.
- 8 Mikołaj Kiszka, zm. 1620, starosta drohicki, syn Mikołaja Kiszki, wojewody podlaskiego i Maryny Mściławskiej.